

XII 66. Q.

~~XXXXXX~~



Γ Α Μ Η Λ Ι Α

Neonymphis

H V M A N I T A T E,

E R V D I T I O N E E T M O -

R V M I N T E G R I T A T E C V L T I S -

S I M O V I R O D N. N I C O L A O G R Y -

P H I O, D o m i n i N I C O L A I, s e n a t o r i s, S c a b i n i & c o n s u l a r i s

*in celeberrimo Mœnicolarum Emporio Franco-**furto præstantissimi, primogenito relicto,*

S P O N S O

E T

P I E T A T E, G E N E R I S S P L E N -

D O R E, P R V D E N T I A Q V E O E C O N O -

*micâ politissimâ Mariæ Magdalena, magni olim in iudicando consulen-**doque viri, Dn. Georgii Widmanni. I. V. D. & in Camera S P I R Æ**Imperiali assessoris notissimi, filia; vidua vero Domini Hieronymi à**Glauburg, senatoris & consularis nobilissimâ Franco-**furtensis Reipub. dignissimi, relicta,*

S P O N S Æ

à

G E R M A N O

E t

C O N T E R R A N E I S

C O N S C R I P T A, D E D I C A T A E T E X H I B I T A

cum solennem nuptiarum festiuitatem concelebrent

XVII. CALEND. VIIbris.

A N N I

Optata res est proba thaLaMIsoDaLLs.

Francofurti excudebat MATTHÆVS BECKER.

1602.

2.



E C H O.

QUID Germane, tuum, dicam peperisse, notabant
 Qua mihi coniugium litterulas. ECHO, querulas.
 Vix querulas; querulas tamen invenio, numeros quod
 Condere me faciunt immemorem E. memorem.
 Sum memor, & quantum valeo promissare solvens,
 Carmine colloquium congemino E. gemino.
 Non ibo inficias me promississe hymenaeos
 Olim & grandiloquos innumeros E. numeros
 Ast pro tempore prog, locis; nunc Sirius obstat:
 Do pro grandiloquis versiculos E. mimulos.
 Fac Neonymphe tuo sponsae, Neonympha tuo fac
 Sponso quo placeas ingenio E. genio.
 Quae mel, quae dulcor, quae sunt iucunda marito,
 Vxori non sint asperitas, E. feritas.
 Magdala quicquid agit Nicolao rideat omne,
 Sint Maria à Gryphio cuncta parata E. rata.
 Coniugii applausum qui post se gaudia gignit,
 Nunquam non leta prosperitate E. date.
 Fausta precor vobis; litis qui semina spargit
 Vos inter subito dispereat E. pereat.

Αναγράμματα.

| | |
|--|------------------------------|
| Nicolaus. | Maria Magdalœna. |
| Vinco Sal. | Do amara, nil magè. |
| Nicolaus Greiphius. N. | Maria Magdelena sponfa. |
| .i. Neonymphus. elisa asp. | Αναγράμματα ἕτα. |
| Pius, clarus ingenio. | Mel, apes, ara, non Magadis. |
| Nicolaus Grijphius, Maria Magdelena VVidtenmannin. | |
| Coniugium spirans dulcedinem, geminat hilaria annua. | |

E V O-

Hic decus omne suis, qui nunc sunt, sunt ve futuri.

Nil dico, huc te sponsa refer, letabere nobis:
Ecce tibi sponsus pietate insignis & arte
Nicoleus, nulli veterum virtute secundus,
Iungitur; an tanto digni non estis honore?

Elogio dignum quis te neget esse Niclae
Sponse, tibi quoniam talis nunc ducitur vxor,
Nobilibus, magnis, ampliusq; parentibus orta,
Cuius doctor erat genitor cum viueret olim,
Iuris, Widtmannus, vir consultiſſimus aequi,
Et canonum & legum bene cognitione politus,
Consilio magnus clarus Camera Imperialis
Assessor, iuris non hoc consultior alter:

Hic decus omne suis! modo si narrata recordor.

Quis memoret quantum splendens Hieronymus olim
Glauburgus fuerit, primus tibi sponsa maritus;
Syncera in patria defensor religionis,
Patronusq; scholae, nostri pars magna Senatus,
Bis consul, taceo nunc nobile stemma parentum.
Hic monitis, factis, longè est super aethera notus,
Huius & in longum, nomen laudesq; manebunt.
Hic decus omne suis, non vltima fama virorum!

Nil dico, huc te sponse refer, letabere nobis;
Ecce tibi dabitur facie & virtute decora
MAGDALIS: in variis erit hac tibi dulce leuamen,
MARIA; haud tantos quis vobis optet honores?
O te felicem verè, & ter sponse beatum!
Felices ambo, quos Rex supremus in orbe,
Sancta fides, & castus amor, tum mater amoris
Iunxit, deuinxit, concordia firma ligauit.
Magdalena datur, referens pietate pudorem.
Illa tibi atque tuum decus est, Venerande Patrone:

Gra-

*Gratulor ergo tibi: tantos dum grator honores,
Gratulor ex animo Thalamum tibi sponse secundum.
Hymnis Mœnicolæ Neonymphis plaudite vestris;
Dicite coniugio felicia numina capto.
AEternum maneat vernantis fœdus amoris,
Et dulcis vestras pascet concordia mentes,
Lis discedat atrox, nil gaudia vestra moretur.
Det Deus ut Pylios uiuatis semper in annos;
Faxit ut in vestro pax floreat alma cubili.*

Iohannes Rûgerus Mœnofran-
cofurtensis F.

ΧΡΟΝΟΣΤΙΧΟΝ ΑΝΝΥΜ, ΜΕΝΣΕΜ ΕΤ ΔΙΕΜ
festiuitatis nuptialis continens.

*Post hunc sextimo Augusto Gryphus Nicolaus
Concelebrat Cvlto gaudio digna thoro.*

Ioh. Iac. Gryph.
Fraterni Amoris Monumentum.

Ja 6680

ULB Halle 3
001 950 193




TA-OL

N.C.

Kont





Γ Α Μ Η Λ Ι Α

Neonymphis

H V M A N I T A

E R V D I T I O N E E T

R V M I N T E G R I T A T E C V I

S I M O V I R O D N. N I C O L A O

P H I O, D o m i n i N I C O L A I, s e n a t o r i s, S c a b i n i & c

i n c e l e b e r r i m o M o e n i c o l a r u m E m p o r i o F r a n

f u r t o p r a e s t a n t i s s i m i, p r i m o g e n i t o r e l i c t o,

S P O N S O

E T

P I E T A T E, G E N E R I S S P I

D O R E, P R V D E N T I A Q V E O E C

micâ politissimâ Mariæ Magdalena, magni olim in iudicand

doque viri, Dn. Georgii Widmanni. I. V. D. & in Camera S

Imperiali assessoris notissimi, filia; vidua vero Domini H

Glauburg, senatoris & consularis nobilissimâ Fran

furtensis Reipub. dignissimi, relicta,

S P O N S Æ

à

G E R M A N O

E t

C O N T E R R A N E I S

C O N S C R I P T A, D E D I C A T A E T E X H

cum solennem nuptiarum festiuitatem concelebrare

XVII. CALEND. VIIbris.

A N N I

Optata res est proba thaLaMIsoDaLLs.

Francofurti excudebat MATTHÆVS BECK

2.

